



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Consolator Fidelis Et Proficientis Animæ seu
Exhortatiunculæ Spirituales Et Succinctæ In singulas
Dominicas & Festa anni divisæ, quibûs Confessarius in S.
tribunali animam Deum verè quærentem paternè ...**

Eisvogel, Veremund

Augustae Vindelic., 1727

Dominica vigesima prima

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52716)

148 Dominica XXI. post Pentecost.
ris Sacramento, aut de Suavissimo No-
mine Jesu.

Dominica XXI. post Pentecost.
EXHORTATIUNCULA I.

IRascitur hodie Dominus non famulo,
sed hujus iniquitati, non passione
odii, sed amore justitiæ, non turbatione
mentis, sed fortitudine spiritûs. Hæc
ira justa, & sancta est. Quæ verò no-
stra? an non quotidiana? sed & iræ ho-
dierni Domini in evangelio simillima?
fili? *omnis amaritudo, & ira & indigna-
tio tollatur à vobis.* Est mea cum Paulo
ad Ephesios admonitio.

Instructio meritoria.

*Irasci hominis est, ait Hier. sed iram
non perficere, Christiani.* Ergò dum mo-
tus vehementior insurgit ad iram, intrà
nos recollecti, à nobis ipsis sine mora
interrogemus: *Cur irascendum? qui-
bus irascendum? quomodo irascendum?
quando irascendum? quousque irascen-
dum?* sic rarò, vel nunquam succumbe-
mus. Ne impotens hæc in nobis præ-
valeat passio, *Feriam VI.* jejuniò, & si-
lentiò

lentiō veneremur, oraturi in honorem
septem Verborum mansuerissimi in
Cruce morientis Jesu 14. *Pater & Ave.*
Ira nulli medetur malo, nullum extenuat,
omne augmentat.

II.

O Crudelem famulum! consequitur
misericordiam à Domino : & suo
confamulo negaverat omnem. Fili!
sumus nos veri Christiani? en! litteram
characteristicam, fraternam misericor-
diam. Ideò S. Eusebius Cæsar. *Qui*
misericiadi caret, Christianus non est.
Judicium sine misericordia, qui non fecit
misericiadiam. S. Jac. 2. 13.

Instructio meritoria.

Si cluseris viscera misericordie (affir-
mat S. August.) *indigenti, omnino & tibi*
claudetur janua Christi. Sic nostrum pro-
positum, omni justa petenti hodie statim
annuere in omni charitate & mansuetu-
dine. Fortè non est, quod demus in
eleemosynam? sunt tamen bona verba,
& pia in templis suffragia, quæ hodie
offerantur cum reflexione ad omnes
Christi pauperes, & indigos. In fine

addamus Psalmum: *Ad te levavi oculos meos &c.* Fratres sumus Jesu? & charitatem nesciamus?

III.

Quid sibi hodierna Evangelii verba: *Sic & Pater meus cœlestis faciet vobis.* Profectò poenam innuit Talionis. Libenter remittamus offensas; aliàs nec Deus remittet nostras. Iram nunquam perficiamus; aliàs & Deus acuet suam. Malum pro malo non reddamus; aliàs reddet & Deus. Quàm tremendum, incidere in manus Domini!

Instructio meritoria.

Ergo & quod nobis non volumus fieri à Deo, nec alteri faciamus: Et quod cupimus fieri nobis, præstemus & alteri. Volumus honorari, æstimari, ab omnibus amari; honoremus & alios præsertim illos, quos vel ut discipulos, vel ut minùs morigeros, vel ut indoctos, & talentis naturæ vacuos ore contempnimus, & mente vilipendimus. Sex actus speciales exerceamus hodie, quibus charitatem non fictam, sed verè Christianam probemus

Dominica XXII. post Pentecost. 151

bemus orantes pro invicem *Officium*
Mariae majus. Charitate discernuntur
Mariæ filii, & clientes.

Dominica XXII. post Pente-
costen.

EXHORTATIUNCULA I.

Fili! propriâ se hodie Christo, &
populo prodidere nequitiâ astuti
Pharisæi. *Ea enim est peccati proprie-
tas* (ait Didacus de Cast.) *ut seipsum
prodat, tacentibus omnibus, & loquen-
te nemine.* Et non fugiemus confusio-
nem tantam, cujus causa sibi omnis pec-
cans? Malo mori, *quam fœdari*, & ita
prostitui. Ignominia omnis in peccato!

Instructio meritoria.

Cupimus metere honorem? ergò
virtutem seminemus. Quod fiet per ac-
curatam sacrorum Exercitiorum obser-
vantiam, & expeditionem distributio-
nis temporis fidelissimam. Ne verò
propria nos confundat conscientia, ore-
mus Psal. *In te Domine speravi &c.* ni-
hil pretiosius tempore! & heu! nihil

G 4

hodie